

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Der Landes-Fürst in Rostock, Aus Macht- und  
Gnaden-Briefen der Drey- und Vierzehenden  
Jahrhunderten, Gegen die unnatürliche Verläugnung des  
dasigen erbunterthänigen Stadt-Raths behauptet**

**Ditmar, Gottfried Rudolf von**

**Wien, 1762**

**VD18 90521897**

Num. I.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10611**



### Num. I.


Diploma Nicolai de Rostock, wodurch er dem  
Kloster Dobberan unter andern die Freyheit, auf den Rostockischen  
Markten zu kaufen und zu verkaufen, ohne Abgaben und Zoll, ein-  
räumet, d. d. VI. Idus Aprilis (den 8. April.) Anno 1196.

Ego Nicolaus, dei gratia Slavorum princeps ex quo principatum in Slavia suscepit semper pro securitate ac quiete fratum in doberan laborauit. Vnde homines meos habentes podacam meam id est argentum ad defendendum ipsos in villis eorum posui. Et idem argentum atque seruicium quod mihi debebatur fratribus impendi iussi, inter quos unus nomine dalie duas marcas alter niuat unam debebat. Constitui etiam cum nepote meo butowone ut quisquis in terra dicionis nostre inventus fuisset qui furto uel latrocinio aut in alio nocuissest ipsis fratribus si negaret per nouem uomeres ignis examinaretur. Si homines de domo sua uel teutonici in villis eorum fuerint dampnum perpepsi per ferrum manuale iudicentur. Concessi insuper eisdem fratribus quatinus emant libere uel uendant in foro nostro absque teloneo. Homines autem illorum qui sunt negociatores, pellifices, futores, mercatores uel aliarum artium ut habeant necessitatem cotidie uendendi aut emendi, dent ad annum sex denarios & de cetero absque teloneo negocientur in foro nostro. Insuper teloneum in capture allec. & applicationem naujum, nec non & omnem prouentum maris quod in aquilonari parte abbatie situm est, Incipiens ipsius maris terminus in oriente contra terminum wilsne, & extendens se in occidentem contra terminum qui dicitur dobimerigorca, perpetuo condonauit possidendum. Datum Rostock. VI. idus aprilis. Anno ab incarnatione domini. M. C. X. C. Indictione VII.

a 2

Num. 2.





## Num. 2.

Borvini Herrn zu Rostock und seiner Söhne Hinrici  
und Nicolai Fundations-Brief der Stadt Rostock d. d. 8.

Kalend. Julii. (24. Junij) 1218.

**I**n nomine Sancte & individue Trinitatis, *Borwinus Dominus Magnopolensis*, omnibus presentem paginam visuris in perpetuum. Notum sit omnibus Christi, nostrisque fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Borwinus nec non filii mei dilectissimi Hinricus fidelicet ac Nicolaus tam nostram quam heredum nostrorum nunc & in futuris utilitatem procurantes Rozstock oppidum diuina prosperante clementia delegimus construendum. Ut vero predicti loci excultores eum securius appetentes, pace firma, *Libertate fulciantur omnimoda tam presentes quam futuros. In edificiis, arcis, terris cultis, & incultis, agris, campis, pratis, pascuis, sylvis, piscationibus, venationibus, aquis, aquarumque discursionibus, viis, & inviis, exitibus & redditibus omnimoda in Jurisdictione nostra Tbelonii exemptione. Lubecensis ciuitatis iuris beneficio habito nunc & habendo, stabilientes confirmamus.* Ut itaque nostre Donationis autoritas, in futuris temporibus firmior ac stabilior habeatur, dominationis nostre majoribus, tam Slavis quam Theutonicis presentibus, Episcopo nostro Brunwardo videlicet, viro religiosissimo interposito Thetlevo de Marlove, Jordano, Hermanno capellano, Zlauteig, Janicke, Hinrico Gamma, Wartis Johanne de Snackenburgk, Raulino, Henrico Grubone, Hugone Abbe de Doberan, uniuersaliisque conuentu ibidem, Stephano Sacerdote, Dummecaro, Pribolo, Bitzprae, Thoma, Almerico praeposito, Hermanno de Rodenbecke, Heinrico Holzato, Nacono, Janicke Germeritz, Wentzlawo, Magistro Woltero de Buckoe, ejusdem oppidi Consulibus, Heinrico Fabero Heinrico Pramule, Hermanno Rudolfo, Ludero Bertrammo, Wizelo, Lamberto Bodone Heinrico Lantf. Hanc cartam inde conscriptam mandato nostro ut infra videtur corroborantes. Sigilli nostri munimine jussimus insigniri. Datum VIII. Kalend. Julij Anno ab incarnatione Domini MCCXVIII, Indictione V. Epacta XI. Concurrente VI.

## Num. 3.

Borvini Herrn zu Rostock Confirmatio des ver  
Stadt Rostock im Jahr 1218. ertheilten Fundation-Briefes, ic.  
Kauf- und Schenkungs-Brief über den Gebrauch des Lübschen Rechts, eines Waldes,  
des freyen Commercii wegen des Strand-Rechts und der Fischerey. d. d. VIII. Ka-  
lend. Aprilis (ist der 25ste Martii.) an. 1252. Indict. X.

Epacta VII. Concurrente primo.

**I**n nomine sancte & individue Trinitatis Borwinus Dei gratia dominus de Rozstoc omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus imperpetuum. Gesta hominum plerumque ambiguitatis scrupulus aboleret si non perhenni litteratum testimonio fulcirentur.

Nove-

